

ove il vantaggio
dello Stato lo ri-
chiedesse;

ed ora può meri-
tamente riposare
o continuare a la-
vorare nella sua
città.

Insigne è l'uffi-
cio affidatogli; ma
più insigne ancora
il merito d'essersi
reso degno di tanta
fiducia.

Perciò non solo
con Venezia, ma
anche secoli il V.
si congratula.

All'uomo savio,
invero, nulla cosa
riesce grande tran-
ne la scienza e la
virtù;

e quindi non l'at-
tuale sua carica,
beni le sue pre-
clare doti devono
esser l'oggetto di
ammirazione, oggi
come nel passato.

A meno che non
sembri grande cosa
veder il potere pub-
blico dato a uomini
d'eccellente virtù:
perché bene l'am-
ministrino,

come volle Pla-
tone.

simum iter extimisti, quod publica salus desideraret. si traicen-
dum fuit mare, tu navigasti; sin transmittende ^(a) Alpes aut via ulla
difficilis subeunda, tibi est iter omne susceptum. nunquam aut
imbre vel ventis, nunquam estu, nixe aut frigoribus, quies data.
quicquid denique aut domi aut foris agendum erat, quocum labor
iunctus esset ^(b), tibi mandabatur ^(c). que omni devotione a te su-
cepta, summa fide custodita attentissima cura exacta vel semper
vel plurimum optatum exitum sortita sunt. quamobrem velut iam
bene emeritum militem hoc te gradu senatus donavit, in quo vel
quiescere iam senex vel laborare certe in urbe domique possis. et 10
sane preclarum munus est, ita de quoquam iudicium fieri, ut magna
illi cure publice pars committatur, insigne donum, ut secreta omnia
et privatum et publice uni mandentur; sed multo preclarus atque
insignius est, eum quem esse cui mandari committique omnia
debeant et de quo iudicari ita vere possit. tibi enim quidem, quod 15
a principio urbi tue feci, congratulor. homini namque sapienti et
erudito quid est in vita preter virtutem ac doctrinam quod ipse
magnificat aut magnificiendum putet? quod enim ^(d) tam amplis-
sime urbis, tam opulente reipublice, cancellarius dictus es ^(e), quid
accessit unde maior aut admirabilior esses? mirari decet virtutes 20
tibi tuas, mirari ingenium, mirari doctrinam, eisque non in presentia
modo sed et omni tempore congratulandum reor. hi siquidem viri
vel sine dignitate colendi sunt, his veluti terrenis diis concedendum,
qui vitas hominum ratione consilioque moderentur ^(f). nisi illud
fortasse magnum dicendum sit, quod utique et magnum est et deside- 25
randum semper, dari potestatem optimis viris, ut administrare pu-
blicas ^(g) res possint et cum universis tum singulis prodesse. optime
enim fore tunc urbibus aiebat Plato, quando rectores earum sapientie
studiosi essent ^(h); quod eo spectat ut vel ipsi sint sapientes ^(h) vel sa-
dientibus se credant; si enim his, quod evenit raro, publica negotia 30

(a) Cic. in marg. transmigrande

(b) Cic. in marg. quod cum labore iunctum

(c) R demandabatur

(d) Cic. in marg. espunge enim

(e) Cic. dictus est In marg. sis

(f) Cic. moderantur

(g) R publicam rem Cic. om. publicas, lasciando uno spazio in
bianco, e mette in marg. summas

(h) Cic. sapientes se In marg. sapientibus se

(i) Cic. Epist. ad Quint. fratr. lib. I, epist. 1, 29.